



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno 633. Usque Ad Annum 726

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1760

VD18 90117840

§. 12. Abdeymelici mors. Ovalidus Califa.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66082](#)

cerò! Bulgarorum copiis auctus Con-Sæcul. VIII.
 stantinopolim venit, per Aquæ ductum A. C. 705.
 furtim intromissus portas & aditus occu-
 pavit. Tiberius Apsimarus e fuga retrah-
 etus, jubente Justiniano vincitus catenis
 per urbem raptatur cum Leontio Ante-
 cessore suo. Ita acerbe delusos in Cir-
 cum duci præcipit; prosternuntur ante
 Sedem ipsius, eorumque colla, dum equi
 excurrunt, spatio circiter horæ unius se-
 dens pedibus suis premit, acclamante
 populo: *super aspidem & Basiliscum am- Psalm.90:*
bulasti, & conculcasti Leonem & Draco-
nem. Tum illi, quibus a Justiniano im-
 peratum erat, ambobus capita amputant.
 Apsimarus septem annis regnaverat, &
 Justinianus postliminio restitutus sex an-
 nis sceptrum tenuit. Callinicum Patriar-
 cham Constantinopolitanum effossis ocu-
 lis in exilium misit, quod famam suam,
 cum coronaretur Leontius, proscriptis-
 set. Tum in Sedem ejus Cyrum prius
 in Insula Amastri Anachoretam, qui sibi
 iter facienti, & in illam Insulam delato
 Imperium secundo capessendum vatici- Sup. §. 7.
 natus, evexit.

§. XII.

Abdelmeli Mors. Ovalidus Califa.

Eodem anno 705. Hegiræ octogesimo,
 Califa Abdelmelico fatis functo, fi- Theoph. §. 7.
 lius ejus Oulitus, seu Ovalidus successit. p. 312. Elm.
 Oo 3 Abdel-

Sæcul. VIII. Abdæmelico regnante Jacobitæ, Simo-
 ne defuncto, quemdam nomine Alexan-
 drum Patriarcham Alexandrinum crea-
 runt, anno Diocletiani 420. IESU Christi
 C. 705. Iste 12 p.68.
 Chr. Orient. p. 104. 724. qui Sedem supra annos viginti tem-
 pore magnæ persecutionis tenuit; nam
 bis Tributum trium Dinars (ita nemp.
 Arabes Solidum aureum Romanorum ap-
 Sup. lib. 40. pellabant) dare coactus est. Califa Ov-
 lidus Ægypti Præfecturam dederat Ab-
 delazizio fratri suo, qui jussit, ut omnes
 Monachi describerentur, & in singula ca-
 pita Solidum penderent. Hæc primæ
 actio fuit, cui Monachi se subjicere con-
 Elmac. c.15. pulsi sunt. Ovalidus Damasci Regni iei-
 p. 71. Sede Delubrum Mahometanum magnifi-
 Theoph. p. ci operis ædificaturus, ut amplior locus
 314. esset, magnam Christianorum Ecclesiam
 S. Joanni Sacram destruxit. Fertur Chri-
 stianis quadraginta Solidorum millia pro
 ea obtulisse, ipsisque recusantibus, oc-
 cupatam nullo dato pretio dejecisse.

§. XIII.

*Joannis VI. obitus. Joannes VII.
 & Sifinnius Papæ.*

Anast. V. Justinianus Imperator Regno recuper-
 Papebr. con. ato nihil antiquius habuit, quam Co-
 cilium in Trullo Romam mittere a Joan-
 ne Papa septimo, qui tunc S. Sedem te-
 nebat, confirmandum. Nam Joanne VI.